



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Francisci Bellegambe è Societate Jesu Theologi,  
Enchiridion Theologo Practicum Tripartitum, De Ivbilæo  
Ecclesiastico**

**Bellegambe, François**

**Coloniæ Agrippinæ, 1700**

Q. 6. Quo in loco præstanda sint opera?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42093**

150 P. 3. De Jubilæo extraordinario.  
communiter. Quare non satisfaceret,  
qui non feriâ quartâ, sed feriâ quintâ  
jejunaret: quia Bulla exprimit jejunia  
feriæ quartæ, sextæ, & sabbathi.

Q. 5. Quo ordine peragenda opera?

R. Eodem, quo mandantur. Vix  
tamen unquam præscribitur certus  
ordo operum inter se, nisi quandoque  
in Confessione & Communione, ut  
dicetur suis locis. Quare communi-  
ter nil interest, utrum præscriptorum  
operum alteri præponatur.

Unde, etsi (inquit Layman cap. 8.  
n. 7. §. Nunc probatur) in Bullâ Pontifi-  
ciâ dicatur, ut qui de peccatis confessi,  
trina jejunia, eleemosynam, & Ecclesiæ  
visitationem peregerint, Indulgentiam lu-  
crentur: commodus tamen, & valdè usi-  
tatus sensus est, ut, si hæc omnia quocum-  
que tandem ordine impleta fuerint, Indul-  
gentiam consequi liceat. Atque similes lo-  
quendi modos reperies in L. ult. ff. Man-  
dati, & Cap. Licet ex quadam, De testi-  
bus.

Q. 6. Quo in loco præstanda sint opera?

R.

R. Etsi securius sit, in loco promulgationis Jubilæi, opera omnia perficere: tamen absolute, dummodò fiat visitatio Ecclesiarum designatarum in illo loco, reliqua opera præstari possunt alibi.

Ratio est: Quia in formâ concessionis nullo modo præscribitur, omnia opera præstanda esse in loco, ubi Jubilæum fuerit publicatum; neque id expediens esse videbatur: cum nullam specialem dignitatem opera in-juncta acquirant ex eo quòd in loco publicationis fiant potius quàm in alio: eundem siquidem finem retinent consequendi Jubilæi. Layman c. 8. n. 11. Bonacina diss. 6. de Indulg. q. 1. pu. 5. n. 35. Castropalao pa. 12. §. 3. n. 21. Lugo n. 124. & seqq.

Q. 7. Quid, si Dicesanus Tornacensis, statim post promulgationem Jubilæi in Diocesi Tornacensi, incipiat partem operum exequi, & nondum omnibus peractis, veniat in locum Diocesis Atrebatensis, puta Armenteriam, ubi etiam sit promulgatum,